



INDEX DECISIONVM
EX OMNIBVS STATVTIS
MAGNIFICÆ CIVITATIS BRIXIÆ,
nec non aliquor Decretis Illustris. Do.
Venet. Post statuta impressis.

LABORE D. IO. FRANCISCI
MAINACIÆ, IN COMMVNE
commodum diligenter compilatus.

Brixia apud Damianum Turlinam.

Libellorum famosorum, constructores, affixores, & eos non lacerantes, debent condemnari, & puniri prout in parte consilij. X. 9. Februarij. 1526. rub. Contra libellorum famosorum constructores, & in parte ciuitatis sequenti.

Litigiosam rem ementes banniri & puniri debent prout in parte consilij maioris. 19. Aprilis. 1533. rub. Contra ementes rem litigiosam, adde aliam partem in rogatis. 14. nouembris. 1485.

Mercedes Cancellariorum. d. rectorum, pro saluis conductibus, & alijs contentis in parte consilij rogatorum. 27. Aprilis. 1476. feri, & excedi non debent, prout in ipsa parte, & literis Duc. 13. Augusti. 1494. rub. d. rectores. & c.

Multa, & condemnationes omnes, et blasphemie applicari debent communitati Brixie, iuxta priuilegium. 1517. & literas. do. cap. consilij. X. 28. Septemb. 1549. rub. Quod solui debeat.

Observantia priuilegiorum primae adeptionis, sententiarum latarum in arengo, sententiarum conformium, & consilij sap. spectat. d. capit. consilij. X. stante parte, dicti consilij. 30. Iulij. 1533. rub. priuilegiorum primae adeptionis.

Potestas Brixie parere non tenetur literis. d. auditorum, scriptis in materia appellationum interpositurum a sententis iatis per eius, & alios huiusce ciuitatis Brixie Iudices stante litera Duc. 17. Augusti. 1452. rub. appellationes sententiarum. d. Potestatis Brixie, uide confirmationem eiusdem. 1479. rub. Circa idem.

Potestati spectat cognoscere super instrumentis lesionum infra dimidiam iusti pretii, stante provisione consilij. X. 21. Decembris. 1454. rub. Cause in quibus. & c.

Potestates, & Vicarii locorum possunt cognoscere in causis damnorum datorum in locis sue Iurisdictionis, pro summa suarum iurisdictionum, ut in transactione inter territorium, & ciuitatem. 21. Iulij. 1531. rub. Capitula transactionis.

Pene membri, carceris, banni, & consinium, commutari possunt ad seruendum super triremibus, stante litera Duc. 12. Octobris. 1542. rub. pene membri carceris.

Priuilegiorum interpretatio spectat illustrissi. do. stante litera Duc. 6. Iulij. 1472. rub. priuilegiorum interpretatio.

Processus formari debet in causis bonorum communalium in prima instantia, per Cancell. d. Potestatis, in secundis uero per cancellarium capitanei, stante deliberatione consilij. X. 29. Aprilis. 1493. rub. Cause bonorum communalium.

Prorogari non debent instantie causarum, per. d. Potestatem, stante litera Duc. 13. Augusti. 1494. rub. d. rectores.

Rectores obedire non debent aduocatoribus scribentibus contra deliberata per consilia illustrissi. do. stante parte consilij. X. 11. Iulij. 1464. rub. D. rectores non obediunt.

Rectores, & Iudices qui sint alter in alterius causis impedire neque se introumittere possunt, contra formam statutorum, priuilegiorum, & capitulorum ciuitatis, ac commiss. sibi datarum stante litera consilij. X. 13. Iulij. 1533. rub. d. rectorum.

Rectores tenentur expedire processus criminales, & interesse examini testium in casibus atrocibus, ut in decreto senat. 29. Febru. 1443. rub. De rectoribus.

Rectores se impedire non possunt, in condemnationibus ab eis factis, stante parte consilij maioris. 4. Iulij. 1461. rub. D. rectores non possunt se impedire. & c.

Sententia in arengo publi. late elapsis quinque diebus, suspendi, neque reuocari possunt contra dispositionem. statu. 23. Et 186. stante priuilegio. 1517. & litera. do. cap. consilij. X. 4. Aprilis. 1555. rub. sententia in publico arengo late.

Syndici, ut aduocatores, uel tanquam auditores, non possunt se impedire in certis causis exceptuatis per excellentissimum consilium. X. 21. Decembris. 1454. rub. Cause in quibus.

Statuta, modum, & formam prebentia, circa actus iudiciarios ferendos, instantiam causarum non prorogandi, consilium sapientis non denegandi, executionem sententiarum conformium exequendi, obseruare tenentur. d. Potestates, prout in litera Duc. 13. Augusti. 1494. rub. D. rectores.

Stratarum reparaciones, quomodo, & a quibus debeant fieri, & quis arctari, & a quo possit, uide latius in transactione ciuitatis, & territorij. 21. Iulij. 1531.

FINIS.

REGISTRVM

A B C D E F. Omnes sunt Terniones.

Impressum Brixie apud Damianum Turlinum.

M. D. LXI.



20211